Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



respiat facies et duos annulos au
reos quos pones in summitatibus
rationalis et minoris que ex sione
sunt suphumeralis et posteriora eius
aspiciunt uetuo et alios duos annu
los aureos qui ponendi sunt in ue
ge latere suphumeralis deorsum
quod respiat contra faciem iunc
ture mysterionis ut aptari possit cum
suphumerali ut astringatur rationa
le annulus suus cum annulis suphume
ralis mitra iacinctina ut maneat
iunctura fabre facta et ale iunctem
rationale et suphumerale ne queant
separari. Portabit que aaron nomina
filiorum israel in rationali iudicii super
pectus suum quod ingredietur sanc
tuarium memoriale coram domino in
eternum. Pones autem in rationali iu
dicii doctrinam et veritatem quae erunt
in pectore aaron quod ingredietur
coram domino et gestabit iudicium
filiorum israel in pectore suo in con
spectu domini semper facies et tuni
cam suphumeralis totam iacinc
tinam in cuius medio supra erit ca
picium et ora per gyrum eius text
ilis sicut fieri solet in extremis ves
tium ne facile rumpatur
Deorsum uero ad pedes eiusdem tu
nicae particulam quasi mala pun
ica facies ex iacincto et purpura et
cocco bisiuido et bisso retorta mur
ra in medio tinnabulis ita ut ti
nnabulum sit aureum et malum pu
nicum. Rursum que tinnabulum
aliud sit aureum et malum puni
ci et uestietur ea aaron in officio mi
nisterii ut audiatur sonitus qui
ingredietur et egredietur sanctu
arium in conspectu domini et non
moriatur facies et lamminam eam
de purissimo in qua sculpes opere
celatoris nomen sanctum domini sicut
que eam mitra iacinctina et erit super
thyaram immens frontis pontifi
cis portabit que aaron iniquitates eo
rum qui obtulerint et sanctificauerit filii
israel in cunctis muneribus et donariis
suis. Erit autem lamina semper tempo
re ministerii in fronte eius ut placatus
sit ei dominus. Et texes tunicam
bissi et thyaram bissinam facies et
baltheum opere plumario. Porro
filios aaron tunicas lineas pabis
et baltheos ac thyaras in gloriam
meam et decorem eorum. Vesties que
his omnibus aaron fratrem tuum
et filios eius cum eo. Et unctorum
consecrabis manus eius et sacrabis que eos
ut sacerdotio fungantur munda
facies et femoralia linea ut operi
ant carnem turpitudinis suae ab
umbilico usque ad femora et tegent eis
aaron et filii eius quod ingredien
tes tabernaculum testimonii vel qui
appropinquant ad altare ut mi
nistrent in sanctuario ne iniquita
tem rei moriantur. Legitimum sem
piternum erit aaron et semini eius post
Sed et hoc XXIX eium
facies ut munda in sacerdo
tio consecrentur. Tolle
uitulum de armento et arietes
duos immaculatos panes que azi
mos et crustulam absque fermento
que conspersa sunt oleo. Lagana que
azima oleo lita de simila triticea
cincta facies et posita in canistro
offeres. Vitulum autem et duos ari